



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XX. Venditio de area infra ciuitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

XX. VENDITIO DE AREA  
*infra ciuitatem.*

**D**omino sancto & Apostolico, domno & patri illi Episcopo ille. Constat me nulli coactum imperio, neque imaginario iure, sed proprio voluntatis arbitrio, vobis vendidisse, & ita vendidi, aream iuris mei, infra muros ciuitatis illius, habentem per longum pedes tan. & in lato pedes tantos: quæ subiungit ad vnum latus terræ illi, ab alio latere terræ illi, à fronte vno terræ illi, & ab alio fronte terræ illi: & accepi à vobis in pretio, iuxta quod mihi complacuit, auri solidos tan. & præfatam aream vobis præsentialiter tradidi possidendam, ac habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegeritis faciendi, libero perfruamini arbitrio. Si quis vero, quod futurum esse non cre-

do, si ego ipse, aut aliquis de heredi-  
bus meis, seu quælibet persona, cõ-  
tra hanc venditionem venire tenta-  
uerit, aut eam infringere conatus  
fuerit, inferat vobis, aut auctõribus  
vestris, duplam pecuniæ, vel quan-  
tum area ipsa eo tempore meliorata  
valuerit, &c.

XXI. VENDITIO DE  
*campo.*

**D**Omino fratri illi, ille. Constat  
me tibi vendidisse, & ita ven-  
didi campum iuris mei, situm in ter-  
ritorio illo, habentem plus minus  
tantum, qui subiungit à latere vno  
lui, ab alio latere lui, à fronte vno lui  
ab alio vero fronte illius, & accepi à  
vobis in pretium iuxta quod mihi  
complacuit auri solidos tantos, &  
ipsum campũ vobis præsentialiter  
tradidi possidendum, habendi vel  
quicquid exinde volueris faciendi

K ij